



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio quarta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. II. Distinctio. III.

verè cognitū, quia illud est finitum & determinatum, sed illud quod refat accipendū est indeterminatum, quia quodcunq; dato adhuc possibile est dari aliud, & ideo indeterminate cognoscitur, & solum in generali, scilicet quod possibile est plus accipi. Et quia secundū hoc attendunt infinitas ideo infinitū secundū quod infinitū dicunt ignorari.

22. Ad secundū dicendum q; singularia futura quā non sunt secundū se præsentia angelo, sunt tamen ei præsentia ratione cauſarū suarum naturalium in quibus præexistunt, & sic possunt ab angelo præcognosci.

23. Ad tertium dicendum quod intentio Boëtii non fuit quod intellectus non possit cognoscere singularia, sicut & sensus, sed quod vniuersale non cognoscitur, nisi per solum intellectum.

QVÆSTIO OCTAVA.

Vtrum intellectus angelicus sit quandoq; in potentia.

Thos. i. q. 58. art. 1.

Ad quartum sic proceditur. Et videtur quod intellectus angelicus sit quandoq; in potentia, quia continetur scire multa, intelligere vero vnum solum. 2. Topice, igitur angelus non simul omnia intelligit, ergo intelligendo vnumquodq; est simul in potentia ad intelligentiam alia.

2. Item intellectus qui non est quandoq; in potentia, sed semper in actu est actus purus, sed nullus actus est talis, nisi diuinus, quare &c.

3. CONTRA R. A. in omni natura intellectuā, quæ quādoque est in potentia quandoq; in actu est inuenire intellectum agentem & possibilem, sed in angelo non distina guimus hūos intellectus, quare &c.

4. RESPONSO. Hac quæstio, & illa qua queritur, An angelus simul omnia intelligat, quæ subfunt sue naturali cognitioni videtur mutuo se includere, & quasi vna questione esse. Et ideo notandum soluendo vtrancque questionē, q; cum potentia dicatur in habitudine ad actuū & actuū si duplex, scilicet primus & secundus, est etiā duplex potentia, scilicet ad actuū primū, & ad actuū secundū. actuū primū ut quidā dicunt, est forma intelligibilis vel species. Actus secundus est considerare. Ad actuū primū intellectus angelī nunquā est in potentia, quia illū gradum tenent angelī in spiritualibus substantiis quem tenent corpora celestia in corporalibus. Corpora autem celestia non sunt in potentia ad formam, quæ non sit completa per actuū, ergo nec potentia intellectuā angelī est, quæ non sit totaliter completa per formas intelligibiles. Ad actuū autem secundū, qui est considerare, est in eis potentia separata ab actuū, nō enim semper actuū cogitant omnia, quorū species habet. Sed potest angelus, quum sit substantia volēs & libera, vti vna specie, & non altera, ad intelligentiam vnum, & non aliud.

5. Hac autem opinio ponit quod angelus intelligat per species, quod prius improbatum est. Et adhuc improbari potest communī ratione, quæ talis est. Sicut corpus non potest simul figurari diversis figuris, sic vt videtur, nec intellectus noster vel angelicus potest simul informari diversis speciesbus. Nec valet si quis dicat quod nō sunt ibi in actu simpliciter, nec simpliciter in inpotentia sed medio modo, s. in habitu quo modo nihil prohibet vltimes species esse in eodem, quia quantum ad actuū infortiā omnes species sunt simpliciter in actu sua intellectus confideret actu sua non.

6. Dicendum est ergo q; angelus sicut dictū est intelligit se & alia a se. Respectu autem sui semper est in actu secundo, quia vnumquodq; per hoc intelligitur quia præsens est intellectui, angelus autem semper sibi ipsi præsens est, quare &c. Et idem est de omnibus incorruptibilibus, quia semper sunt ei potentia. Respectu autem futuri, quæ dependet ex solis causis naturalibus angelus semper est in actu secundo, quia est talia nō sunt præsentia natura angelicæ secundum esse propriè existente, tamen ei præsentia sunt secundum esse quod habent in causa suis. Quia autem dependent ex libero arbitrio nostro vel angelī, dum futura sunt, nō sunt actu cognita ab angelo nisi forte per aliquā conjecturam. Dum autem sunt actu, cognoscuntur ab angelo, quia autem sunt supernaturalia, & ex sola voluntate Dei dependent, nec futura, nec præsentia cognoscuntur ab angelo, nisi per reuelationem, & horum omnium red.

Quæstio I.

dictae rationes sunt in preced. quæst.

7. Emergit autem hic vna dubitatio: sicut enim unitas motus requirit unitatem termini, sic unitas operationis requirit unitatem obiecti, ergo non videtur possibile quod angelus uno actu & simul intelligere plura posse quod est contra ea quæ dicta sunt. Et dicendum q; cum intelligere fiat in nobis per hoc quod intelligibile fit præsens intellectui, & similiter in angelo, quā præsentiam iam facit nos situs, sed ordo sicut dictum fuit prius, omnia illa habet rationem vnius intelligibili, & uno actu intelligi possunt ab angelo, quæ sub uno ordine ei præsentari possunt. Omnia autem quæ cognoscit angelus naturaliter ea sub uno ordine, & in ordine ad vnum præsentantur eidem, videbilet in ordine ad essentiam suam, que talem gradum tenet in entibus, quod alia tam superiora quam inferiora sunt ei præsentia, vel in se, vel in causis suis. Et ideo possunt simili, & vno actu ab angelo cognosci.

8. P. E. R. hoc patet ergo ad primū, sunt enim vniū intelligibile, quæ sub uno ordine continentur, & quæ habent ordinem ad vnum, qualia sunt omnia naturaliter intellecta ab angelo.

9. Ad secundū dicendum quod nullus intellectus nisi diuinus est, quin sit quandoq; in potentia ad intelligentiam aliquam (ea scilicet) quæ dependet ex libero arbitrio, & quæ sicutur per reuelationem,

DISTINCTIO IV.

Sententia huius distinctionis quartæ, in generali & speciali.

Post hoc videndum est, &c. Superior ostendit Magister, quales creati sunt angelii quantum ad dona gratitudo. Hic ostendit quales creati sunt quātum dona perfecta. Et diuiditur in tres partes. Primo mouet questionem, Secundū solvit. Tertiū recapitulat determinata. Secunda incipit ibi. Ad hoc autem quod, Tertia, quales fuerunt angelii: Secunda istarum diuiditur in duas, secundum duas questiones quas solvit. Secunda ibi, dicitur namq; perfecta. Prima principialis diuiditur in tres. Primo solvit questionem quantum ad malos. Secundū quantum ad beatos opponendo & veritatem determinando. Tertiū concludit quantum ad vtrōque. Secunda, boni vero qui perficerunt. Tertia, Ex predictis consequitur. Hac est diuisio in generali.

2. IN speciali sic procedit Magister: Et proponit primo querendo an angelii sint creati beati an miseri, perfecti an imperfecti. Deinde respondet ad primum, dicens quod angelii non fuerunt creati mali vel miseri, quia non statim peccauerūt. Misericordia autem peccatum consequitur, & qui peccauerunt, & qui cediderunt, non fuerunt creati beati, quia certitudinem euentus sui non habuerunt. Postea respondet quantum ad bonos opposens per Augustinum, quod boni sunt statim praesciunt, mali vero non. Sed Magister dictum quod Augustinus loquitur inquirendo, non assertendo. Ante peccatum enim nulla fuit discreta malorum angelorum a bonis, & ideo utriq; erant sui status incerti. Postea responderet quod illi qui corruerunt, nunquam boni fuerūt, nisi perfectione naturali. Illi vero qui perficerunt aut beati fuerunt in spe, quia aliquo modo beatitudinem praesciuerunt, aut incerti sui euentus, & tunc nec aliter quam alii erant beati, & hoc probabilius videtur. Deinde responderet ad secundam questionem, dicens quod triplex est perfectio, quædam secundum temporis, quædam secundum naturam, quædam vniuersaliter. Primam habuerunt in creatione, secundam in confirmatione, tertiam vero solitus Dei est. ideo quoad aliquid fuerunt perfecti, quoad aliquid imperfecti. Ultimum recapitulando concludit ea quæ dicta sunt.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum angelii fuerunt creati beati, an miseri.

Thos. i. q. 58. art. 2.

In hac distinctione agitur de statu in quo fuerint creati angelii, circa quam queruntur tria. Primum est, vtrum creati fuerint beati an miseri. Et videtur quod fuerint creati beati, quia essentia beatitudinis in Dei visione consistit, Ioan. 17. Hac est vita æterna, vt cognoscant te, &c.

Sed

Magistri Durandi de

Sed angeli in principio sue creationis viderunt Deum, alioquin non habuissent cognitionem matutinam, quæ est cognitione rerum in verbo, cuius contrarium ponit Aug., super Gen. ad literam, igitur, &c.

2. Item cognoscere Deum per essentiam & absq; viro medio, est solum beatorum, sed angeli ex solis naturalibus cognoscunt Deum abf; viro medio, quia absque specie vel quoconque alio, ut deductum fuit in præce. distat, quæst. 6. quare &c.

3. C O N T R A . Angelii non potuerunt creari miseri (ve infra probabitur) ergo nec beati.

4. R E S P O N S I O . Beatus tam hominis quæ angelii consistit in operatione intellectus & voluntatis circa supremum obiectum, scilicet Deum. Et hoc tam secundum Theologos, quæ secundum Philosophos. Hæc autem est duplex, una ad quam possunt ex naturalibus attingere. Alia quam non sequuntur, nisi ex dono superioris naturæ. Si loquamur de prima, dicendum quod in ea vel cum ea creati sunt angelii. Cuius ratio est, quia vt sapè dictum est, per hoc sit intellectus in actu secundo, quod sit ei praesens intelligibile, sed intellectus angelicus semper est praesens supremum intelligibile, quod est Deus, quare &c. Asumptum probatur, quia praesentiam intelligibilis intellectus angelicus facit ordo virtutis ad alterum (ut deductum fuit) semper autem exaratur Ordo Dei ad alterum, & econtra quendam angelus est, quare &c.

5. Si autem loquamur de secunda beatitudine, illa consistit in duabus, scilicet in adiectione omnis boni, per manifestam fruitionem (sicut dictum fuit Moyse, ostendam tibi omne bonum) & in carentia omnis mali.

6. Quantum ad primū, non fuerunt angelii creati in beatitudine, quia quicunque sic beatus est, habet quicquid vult dicere Aug. Sicut enim est sic beato praesens diuina essentia, in qua est omnis ratio veri quantum ad cognitionem, sic ipsa eadem (in qua est omnis ratio boni) est ei praesens quodam dilectionem. Sed confat quod angeli in principio sua creationis non habuerunt quicquid volenter, aliquid enim appetit angelus qui non factus est malus, quod tunc non habuit, quare &c.

7. Quantum ad carentiam omnis mali culpe & pena creati sunt in beatitudine. Et de carentia mali culpe ostendetur inferius. De carentia autem mali pena patet, quia omnis pena vel est per subtractionem aliquius perfecti debitis vel habite, quodammodo damni, vel per immisioinem aliquius dispositionis contrariae quodammodo penitus. Angelis autem in sua creatione nihil subtractum est quod ab eis esset habitum, quia antequam crearentur nihil habere poterant, nec aliquid quod eis esset debitum, quia si ponebantur angelis in solis naturalibus creati, adhuc nihil eis subtractum quod esset eis debitum, quia natura nihil debetur preter naturalia. Si vero ponatur in gratia creati multo melius habemus propositum, quia eis conueniens est additum, & nihil debitum subtractum.

8. Itē nec in eis fuit mali pena per immisionem aliquius dispositionis contrariae, quia sublimioris naturæ est natura angelica quā cœlum, sed cœlum nō est secundum naturam suscepit, peregrinam impressionem (ut dicitur. 1. metheororum) ergo multo minus natura angelica. Loquor secundum naturam, quia fortè aliud est secundum diuinam iustitiam, ybi ponit aliqui in dæmonibus & animabus damnatorum quod parvum non solum per detenctionem, sed per immisionem, &c. de quo inquiretur.

9. Ad primum argumentum dicendum quod angelii in principio sue creationis Deum non viderunt visione beatam. Et quod opponitur de cognitione matutinam, quæ est rerum in verbo. Notandum quod hæc nomina, matutinum & vespertinum, inveniuntur ab Augustino super Gen. ad literam, qui quum posuisset quod opera sex dierum simul facta fuissent (iuxta illud Ecclæsiast. 18. Quoniam in eternum creauit omnia simul) necessarie habuit expondere quomodo intelligentiam illi sex dies, in quibus secundum literam viderunt quod res per quandam successione fuerunt creatae, ybi exponit sex dies per cognitionem angelicam sex rerum generibus presentatam. Et sicut in visitato die est mane & vespere, sic ponit ipse circa cognitionem angelii, mane & vespere, id est, cognitionem matutinam & vespertinam. Non vocat autem vespertinam cognitionem,

Sancto Porciano

cognitionem rerum in proprio genere, & matutinam cognitionem earum in verbo gloriolam, ut exponat quidam, iuxta quam expositionem procedit argumentum, quia si cognitione angelorum matutina est gloriosa, omnes pro certo fuissent beati, quia omnibus indita fuerit cognitione rerum sex diebus productarum, etiam antequam produceretur ordinis naturæ, in quoruī quolibet die distinguuntur mane & vespere, sed vocatur cognitione vespertina, ut ibi expressum dicit cognitionem quam haber angelus de se, aut de alia re, quod sit aliud a creatori. Quam autem hanc cognitionem refert ad laudem creatoris, qui lucet, ut viterius refert cognitionem accipiat, dicitur matutina, mane enim crescit procedendo versus lucem. Et haec matutina cognitione non arguit angelos fuisse beatos.

10. Ad secundum dicendum quod fieri angelus nō sit causa rerum que sub ipso sunt, propter quod ex cognitione sua essentia non potest eas cognoscere, sicut cognoscitur effectus per causam, sed solum modo in praecedentibus excepto, nam angelus creatus est à Deo, & sic per cognitionem essentiae suę tanquam per effectum cognoscit deum, & hæc cognitione est naturalis, nec extendit se ad perfectiōnem cognitionis beatæ, per quam cognoscitur Deus sine medio cognito, & quantia ad distinctionem personarum, quae non potest per aliquam causalitatem sciri.

Q Y A S T I O S E C V N D A .

Vtrum omnes angelii creati fuerint in gratia.

Thos. 1. q. 62. ar. 3.

Secundum queritur, vtrum omnes angelii creati fuerint in gratia. Et videtur quod non, quia voluntas angelii non auertitur ab eo cui adhaeret. Ex hoc enim redditur a quibusdam causa oblationis demonum. Sed voluntas angelorum auerteretur a deo per culpam, ergo nunquam adhæserit ei per gratiam.

2. Item quod inest alii à creatione inest naturaliter, sed gratia non inest naturaliter, alioquin nō esset gratia, quare &c.

3. IN C O N T R A R I U M est quod dicit Aug. de ciuitate Dei lib. 12. quod Deus simul erat condens naturam, & largiens gratiam, & loquitur de angelis. Etiam Hieronymus super. Osee tertio capitulo, dicit quod demones in magna pinguedine spiritus sancti creati sunt.

4. R E S P O N S I O . Quoniam per certitudinem fieri non posuit quæ pars questionis sit verior (quoniam quicquid sit de facto) quod ex sola voluntate divina dependet. Tamen probabiliter videtur quod angelii creati fuerint in gratia creati. Tum quia ad hoc sunt sanctorum autoritates expressæ, quæ in opponendo tactæ sunt. Tum quia rationes fati probabiliter hoc coniungunt. Non enim minoris dignitatis fuerunt angelii quam primus homo, sed ille fuit in gratia creatus, ergo & angelii. Minor probatur, quia secundum factum primus homo creatus fuit cum iustitia originali, sed iustitia originalis non videtur sufficere sine gratia concomitante, quoniam non potuerit amitti, nisi per culpam, quare &c.

5. Item sicut est in esse naturæ, sic suo modo debet esse in esse supernaturali, sed sic est in esse naturæ, quod quicunque processu temporis producta sunt in se à principio fuerunt producta secundum suas rationes semifinales, ut ponit Aug., super Gen. ergo similiter in esse supernaturali, gloria quæ à processu temporis creaturis rationibus est data, fuit à principio secundum principium femininum producta: sed femininum gloria est gratia, quare à principio fuit homini & angelo cōcreata. Si quæ autem auctoritates videtur dicere quod prius fuerunt angelii creati quam haberent gratiam, exponendæ sunt de prioritate naturæ, non temporis.

6. A D primum argumentum dicendum quod voluntas angelii non auertitur ab eo cui adhaeret per electionem, forsitan autem angelus malus solum habuit gratiam in mente, vel in habitu, & nunquam in visu. Vnde nunquam per aliquem actum gratuitum vel meritorium Deo adhaesit, etiam primum dubium est, ut infra patebit.

7. Ad secundum dicendum, quod non omne quod inest à principio, alii rei inest ei naturaliter, nisi ex necessitate sequatur principia naturæ. Alioquin vno humanae naturæ ad suppositum diuinum fuisse homini Christo

natus.

Lib. I. I. Distinctio. V.

naturalis, quod falsum est, & similiter est de gratia angelis concreta.

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum boni angeli fuerint praescii sua confirmationis, & mali sui casus,

Adam in. 1. q. 6.

Tertiò queritur, vtrum boni angeli fuerint praescii sua confirmationis, & mali sui casus.

R E S P O N S I O. Dicenda sunt duo. Primum est, quod tam boni, quam mali angelii potuerunt per coniecturam credere habituos beatitudinem, sed non per certitudinem. Secundum est, quod mali nullo modo potuerunt casum suum praescire, neq; per coniecturam, neq; per certitudinem.

P R I M U M. patet, quia effectus qui non prouenit à causa necessaria, sed contingente, determinata tam ad producendum effectum magis quam ad oppositum potest in ea sciri per probabilem coniecturam, sed non per certitudinem, sed beatitudo est huiusmodi, quia non dependet à causa necessaria, sed contingente sicut libr. arbit. determinata, tamen magis ad consequendum beatitudinem, quam ad oppositum. Tum quia natura angelii est ad hoc creata, & inclinationem habet, cum quia inerat adiutoria gratia, quare &c.

S E C U N D U M. patet, quia malum præcognitum aut complacet voluntati, aut non. Si complacat iam culpa inefi, si non complacat, pœna inefi. Sed impossibile est ante primum peccatum angelii infuisse culpā aut ponam, quia primum implicat contradictionem. Secundum videtur importare iniuriam (scilicet quod pœna procedat culpam) quare &c. Si autem relatus fuisset eis causus suis accepissent utrius dictum secundum comminatio- nem, & non secundum præsentiam.

Sententia huius distinctionis quinta in generali & speciali.

Post hęc consideratio adducit inquirere. Superiorius determinat Magister de conditione vel qualitate angelorum. Hic vero determinat de eorum conuersione. Et primo facit hoc. Secundò de his quae ad eorum conuersiōnem ad auerſionē consequentur. Secunda incipit in princ. 8. diff. præterea sciri oportet. Prima in duas. Primum inquirit in generali causam conuersiōnis & auerſionis. Secundò specialiter causam conuersiōnis. Secunda ibi, habebant enim omnes libr. arb. Et ista diuiditur in tres. Primo mouet questionē vnam, & istam prosequitur. Secundò removet quoddam inconveniens quod inseque posset. Tertiò mouet quandam aliam questionē, & determinat. Secunda ibi, ideo à quibusdā dici. Tertia, hic queri solet. Hęc est diuīsio lectionis in generali.

In speciali Magister sic procedit, & proponit sic primum, quod propter creationem angelorum quidam fuerint conuersi, & Deo per charitatem adhærentes illuminati, alii vero non. Sed Dei habentes odio executi sunt, & eorum à bono auerſio ipsos iniustos, & aliorum ad bonum conuersio iustos fecit. Postea dicit quod amborū fuit libertas libe. arb. per quam bonum vel malum elegerūt. Deinde querit vtrum angelis, & ad quid antequā conuerterentur data sit gratia. Et ostendit quod non indigebant gratia iustificare, sed gratias eos ad bonum promouere, per quam gratiam conuersi sunt. Postea dicit quod licet ista in potestate angelorum nō esset, tamen aliquibus imputatur ad culpam, non quia conuersi non sunt, sed quia auerſi sunt, quia habere eam potuerat, & apposita eis fuisse si persistissent. Item querit vtrum in ipsa confirmatione beati fuerunt angelii, & vtrum beatitudinem per gratiam tunc eis datum meruerunt. Primum istorum concedit; de secundo tangit duas opiniones: quidam enim dicunt ipsos mereri beatitudinem, quam in principio receperunt per obsequia que faciunt hominibus. Et hanc opinionem Magister approbat, in his autem consistit tota sententia lectionis.

QVÆSTIO PRIMA.

An angelus peccare poterat.

Theo. I. q. 63. 47. I. 2. C. 3.

Quæstio I.

142

Circa distinctionem queritur de duobus in generali de auerſione malorum angelorum, & de conuersione beatorum. Circa primum queritur de duobus. Primum est, an angelus peccare poterat. Secundum est, an peccare potuerit in instanti suę creationis. Circa primum sic proscedit. Et videtur quod angelus peccare non potuerit, quia digniores sunt angelii, quam corpora coelestia, sed in illis non est malum secundū Philosophos, ergo nec in aliis, quare nec peccat, cum omne peccatum sit malum.

2 Item nullus peccat appetendo illud quod verē bonum est, sicut nullus errat cognoscendo quod verum est. Sed angelus non appetit, nec appetere potuit, nisi verū bonum, ergo angelus non peccauit, nec peccare potuit. Maior patet, quantum ad hoc quod angelus non appetat, nisi verū bonum, quia secundum sanctos si perficiuntur, obit nuisier illud quod appetit, sed nō obtinuerit, nisi verū bonum, ergo illud folum appetit.

3 Itē nec aliud appetere potuit quād verū bonum, quia voluntas non potest ferri nisi in cognitum, sed intellectus angelii non potuit indicare illud esse bonum quod non fuit bonum, alius fuit in eo error, qui nō fuit ante peccatum, quare &c.

4 IN CONTRARIUM est quod dicitur Iob. 4. In angelis suis reperit prauitatem.

5 **R E S P O N S I O.** Videnda sunt duo. Primum est an angelus peccare potuerit. Et secundū est quid appetens do peccauit, vtrum, scilicet aequalitatem Dei appetit.

6 **Q V A N T U M** ad primum dicendū quod angelus potuit peccare & peccauit, sicut patet ex multis locis scriptura sacra. Hęc autem possibilis probatur hoc modo, illa voluntas potest peccare, que innititur regulę, quae post deficeret, quia si regula potest deficerē & regularum. Defectus autem voluntarius est peccati, sed omnis voluntas creatā tam hominis, quam angelii est huiusmodi: ergo &c. Minor probatur, quia regula angelii, cui innititur voluntas, est intellectus vel ratio, quia voluntas nō fertur nisi in illius quod est ibi ostendit per intellectū & rationē. In omni autē intellectu creato potest includere defectus, si non erroris vel ignorantiae, tamen inconsiderationis.

7 Luxa quod est notandum q; in hoc differunt error, ignorantia, & inconsideratio. Error est falsum approbare pro veris secundum Aug. vnde superincludit falsum existimationē. Ignorantia vero est nescientia eorum quae quis potest & tenet scire. Inconsideratio est solum defectus actualis cognitionis eorum quae quis scit in habitu. In an gelis vero quanvis non ponatur proprius error aut ignorantia, ponitur tamen in eis inconsideratio, quia non est necessarium quod omnia quae nata sunt circumstante & rectificare voluntate angelii in his que occurruunt agere vel eligenda subsint semper suę actitati considerationis præcipue quantum ad ea que sunt supra naturam angelii, vt sunt ita per quæ tenditur in beatitudinem. Et propter defectum huius considerationis potuit defectus esse in electione angelii dum appetit illud quod de genere suo erat bonum, non appetendo cum circunstantia sine qua non erat appetendum. Quod autem cum circunstantia illa non appetierit causa fuit quia de illa non considerauit, & sic ponitur angelus peccare.

8 Sed contra hoc opponitur sic, sicut intellectus est verus vel falsus in intelligendo, sic appetitus est bonus vel malus in appetendo. Sed intellectus apprehendens vnum eorum quae in re coniuncta sunt nō apprehendendo alterum, nō est falsus nisi iudicare vnu esse sine altero. (Tunc enim est falsus dicendo cōposita non esse composita sed diuisa) ergo similiiter appetitus rationalis vel intellectus appetens rem aliquam de se bona non appetendo eam cum sua circunstantia pura appetens finem (scilicet beatitudinem) non appetendo ea que sunt ad finem (scilicet merita, vel aliquid tale) non propter hoc est malus nisi appeteret habere finem excludingo ea que sunt ad finem. Sed secundum positionē predictam angelus non appetit beatitudinem predictam absq; meritis exclusiō, ita quod veller habere beatitudinem & veller non habere merita. Quia cum voluntas non feratur nisi in cognitum oportet quod angelus existimasset illud fuisse possibile, &

tunc